UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LXXXIX. An Sanctis licitè festa fiant?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

QVÆSTIO LXXXIX.

An Sanctis licitè feſta fiant?

LVTHERANIS & CAVLINIANIS mēs, voxque vna eſt, & conclamatio aduerſus Sanctorum feſta: 1. Quod idololatriam ſapiant: cum ſolius Sabbati cultus ſit in præcepto. 2. Quod falſo nitantur quædam fundamento: vt Conceptionis B. V. M. 3. Quod multa ſint nouitia B. V. necante Iuſtinianum extiterint. 4. Quod ab Impp. ſæcularibus orta & inſtituta. 5. Quòd non Sanctis quædam ordinata. Hæc Heſhuſius *lib. De error. pont. tit. 26.* Magdeburg. *Cent. 1. l. 6. c. 6.*

AVTOR. Feſtiuare Sanctis, ſanctum eſt: 1. Teſte Eccleſiæ Autoritate primis quinque ſæculis feſta ſancientе: apud *Bellarm. lib. 3. c. 16.* 2. Concilia item plura ſtatuerunt. 3. Ratio Auguſtini lib. 10. Ciu. c. 4. *Beneficiorum Dei ſolennitatibus dicamus, ſacramuſque memoriam; ne volumine temporum ingrata ſubrepat obliuio.* Atqui haud paruum eſt beneficium conſummatio Sanctorum ſcilic. Eccleſiæ in exemplum, patrocinium, gaudium.

RESPONDEO nunc AD I. Deo feſtiuamus in Sanctis primariò: Sanctis ſecundariò & mediatè. Vnde idololatria eſſe non poteſt; quia Dulia Sanctis datur, Latria Deo.

AD II. Conceptio B. V. abſolutè, non Conceptio immaculata, eſt feſti cauſa, & ea certa, ac miraculoſa, ſcilic è ſterili. &c.

AD III. ſunt quædam recentia feſta; quòd & beneficia ſint recentia. At Martyrum plerorumque & Confeſſorum feſta ſunt aliis alia antiquiora. &c.

AD IV. Non Impp. inſtituerunt; ſed pridem inſtituta ſolennizarunt, aut propagarunt, legibuſque iuuerunt.

AD V. Vnus ſolū Epiſcopus Conſtantinopolitanus Iuſtiniano annuum recolebat; neque diu; priuato affectu.

Hactenus de Triumphantis Eccleſiæ Capite ac Membris, Chriſto & Sanctis, eorumque Cultu: Porrò Animæ in Purgatorio, cum vitæ ſtadio decurſo certi metæ ſint, eamque limine teneant Beati decreto Dei; licet adhuc afflictæ pro debito; cumque degant velut medios terrenos inter ac Cœlites, hiſce tamen affines, cœliſque debiti: Idcirco à Beatis ſibi locum quoque proximum vendicant in noſtra diſputationibus.

VII. DE PVRGATORIO.

QVÆSTIO XC.

An ſit Purgatorium?

LVTHERVS variauit. 1. In diſput. Lipſ. ait: *Ego credo fortiter; imò auſim dicere, Scio Purgatorium eſſe: facilè perſuadeor in Scripturis de eo fieri mentionem.* 2. Id admiſit; ſed multis cum erroribus à Leone X. damnatis; vt non poſſe ex Scrip. probari: animas in eo ſalutis incertas eſſe: poſſe mereri, & in eo aſſiduè peccare dum pœnas horrent: liberatas ſolo minus beati, quam ſi ſatisfeciſſent. 3. Negauit tandem totum; ſolam mortem eius explere vices. Hoc vltimum tenent omnes Rigid. Luth. vt Centur. Melanch. Brent. Zvving. Ochinus. &c.

CALVINVS, *Inſtit. l. 3. c. 5. §. 6.* Purgatorium eſt exitiale Satanæ commentum, Crucem Chriſti euacuat, contumeliam irrogat miſericordiæ Chriſti, fidem labefactat. PETRVS MARTYR; ſit, aut non ſit; certè articulus fidei non eſt. Nituntur vno hoc; quod ſatisfactionem tollant, & diſcrimen pec. mortalis & venialis.

SVADENT, iſtis. I. Ex Scriptura. Pſal. 126. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini.* 2. Eccl. 9. *Nec ...*